

REVERENDO AC PRÆSTAN-
TISSIMO VIRO,

Dn. M. Henrico Stahlio.

O quàm pergrave onus munus venerabile verbi!
Ceu veteris veneranda docet nos pagina pacti;
Nam quos præ reliquis summus selegit Iova,
Qui vivum Mysta possent spectamen haberi,
Non tantum hi varias renucere munera causas
Finxere, ast etiam magno cecidere timore.
Sed tu haud, ceu Ionas, Stahli, venerande Magister,
Concomitante Deo, subterfugis ipse laborem.
Quantas nunc curas, rerumq; gravamina quanta,
Et quantos sumptus (pulchri sero semina veri)
In te suscipias, lustravi luminis usu.
Nam velut & reliqui, sacri pars optima cœtus,
Tu spargis docta Christi mysteria voce,
Tuq; viam ad superas pandis mortalibus ades.
Insuper atque doces facundo munere scripti,
Quî tandem æternùm verissimo honore fruisçi.
Et cum cœlitibus dare mutua verba queamus.
Que tibi pro tantis debetur gratia factis!
Contemnat jam te mundus licet; attamen olim
Inter Iustitia Doctores resplendebis.

Honoris & amoris ergò
scribere volui

JOHANNES KNIPERUS
Revaliâ - Livonus.